

Illud hic addendum, pauloque fufius demonftrandum est: quod pater ad fubminiftrationem fumptuum ftudiorum caufa à filio cogi poffit, per textum in l. fi quis à liberis. 5. §. non tantum. 12. ff. de agnofcend. & alend. liber. ubi Vlpianus, non tantum, inquit, alimenta, verum etiam cetera quoque onera liberorum, patrem à Iudice cogi præbere. Quid per cetera onera, Iurisconfultum intellexiffe putabimus? an pater ea, quæ alias in legatis nomine alimentorum veniunt? ut funt veftitus, & habitatio, iuxta l. legatis 6. ff. de aliment. vel cibarij. legat. At quis negabit, aliam esse rationem in legatario, cui faltem iure testamenti alimenta legata debentur, ut merito eo legato tantum veftitus, & habitatio, non autem cetera, quæ ad difciplinam pertinent contineri debeant: aliam in pater filio, cui iure nature alimenta, id est, omnia ea, quæ ad vitam humanam honefte fuffentandam neceffaria funt, pater præftare tenetur? Proinde cum pater liberis non alimenta folum, fed & cetera onera præbere iubeatur: quis non videt, per cetera onera Iurisconfultum dicto loco aliquid amplius requirere voluiffe, nempe fumptus, qui ad difciplinam pertinent: quos alias fub alimentorum legato non contineri, lauolentus refpondit, in d. l. legatis. 6. ff. de aliment. uel cibarij. legat. Accedit textus clarior in l. de bonis. 6. §. non folum. 3. ff. de Carbon. edict. ubi Paulus, non folum, inquit, alimenta Pupillo præftari debent: fed & in ceteris neceffariis impenfas debet impendi, pro modo facultatum: idcirco iubetur quoque tutor mercedes conftituere pupilli præceptoribus ab eodem Iurisconfulto, in l. cum plures. 12. cum tutor. ff. de adminiftr. & peric. tutor. Nemo autem, opinor, dubitabit: multo magis hoc à patre requirendum, cum à tutore id exigi uideamus.

Huc faciunt & alij apertiffimi iuris nostri textus. Quid enim aliud vult Alexander Imp. in l. Macedoniani. 5. C. ad SC. Macedonianum? ubi difertis uerbis refcripfit: non obftante fenatusconfulti Macedoniani auctoritate, quo minus pecunia filiofamilias ftudiorum caufa alibi degenti credita, à patre exigi poffit. Huic confentit Vlpianus in l. item fi filiusfamilias. 7. §. quod dicitur. 13. ff. cod. tit. Quod dicitur, ait, in eo, qui ftudiorum caufa abfens mutuum acceperat, ceflare fenatusconfultum: ita locum habet, fi probabilem modum in mutua pecunia non excefferit, &c. Vbi in fequentibus, ad uerbum, folebat, plus dicit Accurfius, fubiungens: patrem teneri ad folutionem pecuniæ, ftudiorum caufa filiofamilias creditæ, licet contra uoluntatem eius in Scholis filius uerfetur. Quocirca exponit uerbum folebat, pro folvere debebat: & in dict. l. Macedoniani. 5. uerb. non recufaret, pro, non recufare deberet. Euidens etiam pro hac fententia ratio defumi poteft à dote: ad cuius præftationem patrem teneri, extra omnem dubitationis aleam pofitum est. leg. qui liberis. 19. ff. de rit. nupt. l. vltim. §. utramque. Cod. de dot. promiff. Quid ita? nempe pater ut ciuitas liberis repleatur. l. 1. ff. folut. matrim. Quis uero ingenio tam habes, qui non intelligat; pluris interefte Reipublicæ, repleti eam uiris eruditus, quam nudis, ac rudibus hominibus, qui nec Deo, nec hominibus proficui funt? Quid enim est Reipublica fine confilio? Quid confilium fine erudita fapientia? Qualis autem fapientia, fine facrofancta Theologia? fine diuina Iurisprudencia? fine aureæ Medicinæ fcientia? fine præclaro Philofophiæ ftudio? Etenim pater abfque Theologiæ notitia, in tenebris totus miferè palpitarè mundus: omnes denfa cæcitatù caligine miferè efferat: nulla falutis fper, nulla confcientiæ tranquillitas apud homines inuenienda: fed æternæ mortis fupplicium, & præfentiffimum anime periculum expectanda forent. Sine pater Iurisprudenciæ fcientia nulla fubfiftit Reipublica: pax omnis exultat: pefum abit concordia: focietatis humane uinculum rumpitur: in exilium relegatur pietas: cælum terræ, quadrata rotundis miferentur: ueritas ipfa periclitatur: & diuina illa Aftrea à mortalibus fecelfum facit: honeftas denique omnis funditus extirpatur. Cui nam fine Iurisprudenciæ cognitione exploratum esse poterit, quid fuum, quid alienum? Quis fuum cuique eius reddet? Quis uiduæ, pupillo, inopi, oppreffo, peregrino fuccurret? Quid erit inter mortales æquabile? Quid iuftum? Quid concors? Vbi uila fedem fixam habitura est uirtus, fi Iurisprudencia fuffulcris? Quid pater uero de aurca dicam medendi facultate? Quæ corporis fanitatem tum integram icuinet, tum amiffam recuperat: corporis, inquam, fanitatem, omni auro, atque argen-

to longè pretiofiorum. Quam item neceffaria Reipublicæ fit Philofophia, uel unico diuini Platonis testimonio euincitur, quo tum demum beatas fore Reipublicas dixit, fi eas aut Philofophi cœpiffent regere, aut qui regerent, philofophari. Cum pater igitur Reipublica abfque uiris eruditus diu confiftere atque conferuari nequeat: quid ni ftudiorum maior, quam dotis, uel alimentorum fauor habeatur? Et cum ad dotis, ac alimentorum præftationem ex neceffitate pater teneatur: quid ni etiam ad fubminiftrationem fumptuum ftudiorum caufa facienforum? Hinc de pater iure canonico patres filijs fuis iftiusmodi fumptus denegantes, excommunicati cenfentur. Si quis reliquerit proprios filios, & non eos aluerit, & (quod pietatis est neceffaria non præberit; fed fub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema fit cap. fi quis reliquerit. 14. diftinctio. 30.

Cum quoque, & ius diuinum euidenter confentit. Si filij ubi funt, erudi illos, traditur Ecclefiaftici cap. 7. uer. 25. Noli fubtrahere à puero difciplinam, inquit fapientiffimus Rex Salomon, prouerb. cap. 23. uer. 13. Item, erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ, idem Rex inculcat, prouerb. 29. uer. 17. & alibi. Hæc tam pater obuia, tamque nota funt, ut etiam Ethnici extra uerbum Dei illa haud inuiti comprobent. Vnde Philofophorum Princeps Aristoteles ad Alexandrum in hæc uerba fcripfit: præcipe hominibus tuis, ut doceant filios fuos fcientiam litterarum. Hinc quoque ut patres ad filios erudiendos eo magis incitentur, legem tulit prudentiffimus Athenienfium Legislator Solon, qua fanciebat, filium ad alimenta neceffaria patri non teneri, quando pater ei nullam artem contuliffet. Ex quibus omnibus liquido apparet: patrem à filio omnino cogi poffe ad neceffarios fumptus ftudiorum caufa præftandum.

Nihil iuuat pater duros, iniquos, & tenaces illos parentes (qui fumptus ftudiorum filijs prorfus denegant) ius patriæ poteftatis, quod olim uita, & necis fuit in liberis, atteftante Paulo I. C. in l. in fuis. 11. ff. de liber. & pofthum. hæredib. inflit.

Et enim tam ex iure diuino, quam iure ciuili conftat, quod ius illud in pietate potius, quam in atrocitate confidere debeat. l. diuus. 5. ff. ad leg. Pomp. de parricid. l. vnica. C. de his, qui parent. uel lib. occid. Patres (inquit Diuus Apoftolus, gentium ille Doctor, Paulus, Epistol. ad Coloffen. cap. 3. uer. 21.) nolite pater ad indignationem prouocare filios ueftros, ut non puflillo animo fiant. Item, nolite ad iracundiam prouocare filios ueftros: fed educate illos in difciplina, & correptione Domini, Ephel. 6. v. 4. Permiſſa pater equidem patri est, imò uero mandata ac præcepta decens, & moderata quadam caſtigatio, ac liberis corrigendi poteſtas, Prouerbior. cap. 13. uer. 24. cap. 19. v. 18. cap. 23. v. 13. & 14. & 29. uer. 15. item Ecclefiaſtici cap. 30. v. 8. & alioque feqq. Verumtamen hæc, & alia complura facræ Scripturæ loca proteruos in primis, & contumaces liberis concernunt. Ita enim habetur Deuteron. cap. 21. uer. 18. & tribus feqq.

Si pater genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, ac matris imperium, & coercitus obedire contempferit: apprehendent eum, & ducent ad Seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noſter iſte proteruus, & contumax eſt: monita noſtra audire contemnit: comellationibus uacat, & luxuriæ, atque conuiujs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, &c. Quo refpicit etiam reſcriptum Alexandri Imperatoris in l. filius. 3. C. de patr. poteſt. quo pater permittitur caſtigare filium ſuum, qui pietatem patri debitam non agnoſcit, & in hac contumacia perſeuerat. Aſtin eo, qui nec contumax, nec proteruus eſt, nulla emendatio neceſſaria eſt. Cur itaque ius patriæ poteſtatis eo uſque extendemus, ut eius uigore patri licitum eſſe filium ſtudijs deditum pro lubitu ab iſdem abſtrahere? Imò uerb ipſe pater neceſſarios filio fumptus reuoluens, ſicque pietatem debitam non agnoſcens, indignum ſe reddit patriæ poteſtate. Et certe haudquaquam putare debemus, hodie præſertim, tantam eſſe uim patriæ poteſtatis, ut eius prætextu quiduis patri in liberis conceſſam ſit, aut ut propter eam aliquid contra pietatem, honeſtatem, ac bonos mores facere, aut aduerſus Reipublicam moliri audeat.

Nam pater contra potius conſtat, patrem, qui ad delendam

que oppugnandam patriam uenit, non folum impune à filio occidi poſſe; fed & præmio filium idcirco afficiendum eſſe, teſtante Marcello I. C. in l. minime. 35. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. Notum eſt illud Pericliſ, qui rogatus ab amico, ut pro caufa eius falſum deiceret, reſpondit: oportet me iurare amicos, fed uſque ad aram, hoc eſt, religionem, uel conſcientiam. Idem quoque huc non inepte accommodari poſſe uidetur. Etenim pater obtemperandum quidem parentibus: ſed uſque ad aram, id eſt, dummodo non impia, non iniqua, non improba, non talia, quæ ad euerſionem, & interitum Reipublicarum tendunt, poſtulent. Hic nimirum ceſſant facta paterna: hic nullum ſibi uendicat locum nexus paternus: hic admittit uires ſuas familia uinculum: facile ut appareat, in uite, & minus argute ratiocinari eos, qui concludunt, quod pater iure patriæ poteſtatis poſſit filium ſuum tam à ſtudijs prorfus ab initio detinere, quam fumptus poſtmodum denegare, adeoque pro liberrima uoluntate ſua à ſtudijs inceptis reuocare.

Sed iniquum Parentum iſtiusmodi iniquorum deſenſores) alia firmiores rationes pro parentibus, fumptus ftudiorum filijs denegantibus, militare uidentur. Primo enim Vlpianus in d. l. quæ pater. 50. ff. famil. erciſc. Quæ pater, ait, filio emancipato ftudiorum caufa peregre agenti ſubminiſtrauit, ſi non credendi animo pater miſiſſe fuerit comprobatus, ſed pietate debita ductus: in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari æquitas non patitur. Ex quo textu luculentiffime patet: poſſe etiam credendi animo hoſce fumptus ſubminiſtrare, ſicque nullo modo ad eodem ſuppeditandos cogi. Si quidem ſi obligatus eſſet ad ſubminiftrationem illorum fumptuum: uique ſolutione liberaretur duntaxat ab illa obligatione, nec filium rurfus obligare poſſet ad reſtitutionem. Certa tamque, & indubitata eſt iuris regula: quod eadem ſolutio non poſſit parere duos contrarios effectus. l. cum is. 32. §. 1. ff. de condi. indeb. l. qui hominem. 34. §. vltim. ff. de ſolutionib. Deinde huc facit, quod gloſſa, & DD. aiunt in l. filia. 18. C. famil. erciſc. liberos, & reliquas impenſas ftudiorum à patre donari, ſi non poſtea contrarium eius iudicium appareat, eamque donationem morte conualidari. At qua opus eſt conualidatione, ſi compelli poſſet pater ad huiusmodi impenſarum præſtationem? Qualis item hæc eſt ſer quod ex iam eam cogi poſſet pater? Nam pater donari dicitur, quod eo mera liberalitate, nullo iure cogente, conceditur. l. donari. 29. ff. de donationib. l. donari. 32. ff. de reg. iur. Nulla in ſuper in toto iure extat actio, quæ aduerſus patrem, fumptus cuiusmodi denegantem, competere poſſit. Vnde colligere promptum eſt: eundem nec cogi poſſe à filio ad ſubminiſtrandos huiusmodi fumptus. Nam aduerſus quem nullam actionem intendere poſſumus: eum iudicio conueniendi, atque adeo cogendi facultatem non habemus. l. fi pupilli. 6. §. uideamus. ff. de negocij. geſt.

Ceterum ad tres hoſce modo adductas rationes quod attinet: eæ uno iectu coincident, ſi pater faltem conſiderauerimus cauſam, ex qua pater ad ſubminiftrationem fumptuum, in ſtudia filij impendendorum, obligatus dicitur. Cauſa autem huius obligationis non eſt contractus, nec quaſi contractus: non etiam delictum, uel quaſi delictum. Vnde haud difficulter animaduertimus, nullam hic ſubefſe ciuilem obligationem.

At pater enim uero ſubefſe nihilominus naturalis obligatio; ex qua licet nulla oriatur actio: tamen propter eam dicitur aliquis naturaliter obligatus, argum. l. iuriſgentium. 8. ff. ſed cum nulla. 4. ff. de pact. l. ſed ſi paterfamilias. 9. §. vltim. & l. ſeq. ff. ad SC. Macedon. l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de ſolutionib. Manet igitur uerum, & immotum: patrem non quidem ciuilitate, ſed tamen naturaliter ad cuiusmodi fumptuum præſtationem obligatum eſſe. At cum hic actio deficiat: quo remedio compelli poterit pater, ut ftudiorum caufa fumptus ſubminiſtret? Putarem ſane, officio iudicis eum compelli poſſe: quemadmodum etiam alimenta non agnoſcens, ſed iudicis officio petuntur, ut tradit Bartolus iuris noſtri Coryphaeus in l. fi quis à liberis. 5. §. non tantum. ff. de agnofcend. & alend. liber. Qui autem iudicis officium implorare poteſt, actionem quoque habere dicitur, argum. l. actionis. 34. ff. de uerb. ſignif. iuncta l. quod ſi minor. 24. §. ſin. ff. de minorib. 25. ann. Nec recte infer-

tur, quod pater non poſſit dici obligatus, cum ex liberalitate illiusmodi fumptus ſuppeditaret. Quemadmodum enim pater, qui dotem dat, naturale debitum exoluerè dicitur à Marciano I. C. in l. qui liberis. 19. ff. de rit. nupt. & ab Imp. Iuſtiniano, in l. vltim. §. utramque C. de dotis promiff. & nihilominus munificentiam exercere aſſeritur ab Imp. Theodoſio, & Valentiniano, in l. 2. §. proſpicendum. C. de bonis, quæ liber. ita quoque hoc in caſu dicendum eſt. Utrobique enim non uera, ſed impropria donatio eſt. dict. l. donati. 29. ff. de donat. & d. l. donari. 82. ff. de reg. iur.

Præterea pater duris iſtis, & ſordide parcis parentibus non patrocinator textus in l. omnimodo. 30. §. imputari. C. de inoffic. teſtament. ubi filio imputantur in legitimam, quæ occasione militiæ ex pecunia patris acquiſiuit. Atqui nemo dixerit, patrem cogi poſſe, ut ſuis ſunapibus militiam filio, in caſtris militanti, præparet, adornet, atque inſtruat. Quinimò contra manifeſtum eſt: quod pater filium caſtra ſequi uolentem prohibere, ac domi detinere poſſit. Quod ſi hoc procedit in uera, & armata militiâ: utique multo magis obtinebit in togata illa, & legali ftudiorum militiâ.

Frequens enim, & probabile eſt argumentum ab armata militia ad legalem, ut docet Euerhard. à Middelburg. in loc. à milite armata, & ad milit. cœleſtis milit. Non, inquam, textus ille duris parentibus patrocinator. Nam palam eſt, illum textum exaudiendum eſſe de ea militiâ, quæ uendi, & ad hæredes tranſmitti poteſt.

Erat pater ſi quidem militiâ officium quoddam, ex quo quis commodum, & emolumentum percipere poterat; ut ex Cuiacio in l. 3. ff. de minorib. docet Dominicus Arumæus Exercit. Iuſtin. 9. th. 6. Ad militiam uero armatam quod attinet: certe ſi Reipubl. falus poſtulet, ab ea filius in tantum prohiberi non poteſt à patre, ut potius, re ita ferente, & pater, & filius ad arripienda arma à Magiſtratu cogi poſſint. Patriæ quippe in primis; deinde parentibus nati ſumus.

Denique pater nihil in contrarium urget Scæuolæ reſponſum in l. ſin. ff. de hæreditat. petit. ubi pater repetere poteſt ea, quæ in honorem filij erogauit. Nemo autem dubitabit, quin & illa, quæ in ſtudia filij impenduntur, in eiuſdem honorem erogata cenſentur: præſertim cum ob artium diſciplinam, prope cognititas, quiſpiam ad decus, & gloriam, adeoque ipſum dignitatis culmen enehatur.

Honos enim alitantes, ut præclare Cicero ex Platone ait: omneſque gloria ad ſtudia accenduntur. Cum itaque generaliter, quæ ob honorem filij pater erogauit, repetere poſſit: quis eundem quaſo ad ſubminiftrationem cuiusmodi fumptuum obligatum cenſebit? An enim quenquam repetere poſſe dicemus, quod iure coactus præſtitit? Nihil, inquam, in contrarium urget adductum Scæuolæ reſponſum: quandoquidem proponitur in eo caſus, in quo filius propria bona habebat. Noſtra autem ſententia duntaxat tum procedit, quando filius nulla habet bona materna, uel alia.

Alioquin ſi enim ex his potius ftudiorum impenſas fieri debere, non dubium uideretur. Et ſane non eſt, ut quiſquam arbitretur, hanc noſtram ſententiam ſine uila limitatione obtinere. Quid etenim, ſi pater egeſtate præmeretur, & plures haberet liberis? Anne unum ſolummodo ditabit, & reliquos, quos pari amore diligit, fame perire ſinet? Quid item, ſi filius eſſet Pſeuodoſcholaſticus, uagus, & ignauus? Quid ſi eſſet luxurioſus, & protinus (corto pecuniam daturus? ut loquitur Iulianus I. C. l. ſi quis cum ſciet. 8. ff. pro empt. Anne pater fumptus ſuppeditare tenebitur perdituro? ut inquit Vlpianus, in l. ſi uero non remunerandi. 12. §. ſi adoleſcens. ff. mandati. & Paulus I. C. in l. quod ſi minor. 24. §. reſtitutio. ff. de minorib. Verum extra hoſ, ſimileſque caſus, patrem à filio ad ſubminiftrationem fumptuum ftudiorum caufa compelli poſſe, firmiter concludendum eſt. Et ita in terminis tradit Petrus Rebuff. in prædicto tractat. de priuileg. Scholarium, &c. priuileg. 53. Hancque rem explanatius declarauit in Oratione. meis. ora. 23. item ad d. §. alia. autem. 2. Inſtit. de don. num. 66. & feqq. Harprec.

g Morte confirmetur.] Adde, quod confirmatur donatio facta à patre filio in poteſtate, morte, ſi ſit deuentum ad rei traditionem, uel quaſi: commune dixi in collecta mea ubi infra

infra num. 93. *Giach.*
 50 Bene eius morte confirmatur. Quod si donatio à patre in filium familias facta morte ipsius patris sola confirmetur, si non appareat, patrem mutasse voluntatem, probatur per textum in l. donationes, quas parentes. 25. C. de donati onibus int. vir. & vxor. l. filia. 18. C. famil. ercisc. Et tradunt Bartol. Iason, & Crotus. in d. l. frater à fratre. 38. ff. de condict. in hocque citas Menochius in tract. de presump. 29. nu. 66. D. Bocer. d. com. mentar. de donationib. cap. 3. num. 8. Arumaus Exerc. Iustin. 6. th. 14. in addit. Matth. Stephani ceter. 2. quest. 44. littera D. & Vaconius à Vacuna lib. 4. declarat. 57. num. 10. Præterea donationem à patre in filium familias collatam confirmari tacita raihabitione patris post filij emancipationem, constat ex l. donati ones. 31. §. pater. 2. ff. de donationib. & l. siue emancipatis. 17. C. eod. Harpr. h. Donatio ipsa confirmabitur. Quod hæc donatio non confirmetur iuramento, tenuit Bald. in cap. cum contingat. de iureiur. Paul. de Castr. conf. 342. in cap. circa bona. vol. 1. Fulg. conf. 199. Corn. conf. 9. lib. 2. conf. 188. in princ. lib. 4. Contraria tamen opin. quod scilicet firmetur iuramento, videtur magis communis. De hoc vide per Ant. Gab. lib. 3. commu. opin. tit. de donat. conclus. 4. Gouean.
 Nunquid ex virtute iuramenti donatio ipsa confirmabitur. Donationem factam à patre filio valere, quando pater donationem ipsam iuramento confirmauit, post Clarum nostrum, & ab eo congestos hoc loco, docent Fernand. Vasq. de successio. creat. lib. 2. §. 18. requisit. 19. num. 162. Euerhard. à Midelburg. in Topic. loco, à vi iuramenti. num. 12. Mynfinger. cent. 2. obseruat. 33. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 83. num. 7. & seqq. Ioan. Gutierrez in tract. de iuramento confirmator par. 1. capit. 4. num. 4. hocque referens D. Bocer. dict. commentar. de donat. cap. 3. numer. 7. Qui tamen subijctis iuris rationem non admittere, vt iuramento isthæc donatio confirmetur. Tum quia si quod filius familias acquiri, patri acquiri. §. 1. Instit. per quas person. cuique

acquiri. dict. l. placet. 79. ff. de acquiren. vel amitten. hæredit. etiam si obligatio sit, initio tñ. Institur. per quas person. nobis 53 obligat. acquiri. Nemo autem sibi ipsi obligatur. Tum si quia inter patrem, & filium familias lis nulla esse potest l. lis nulla. 54. ff. de iudic. Tum quia si iuramentum est accessio ipsius donationis: qua non subsistente, nec ipsum iuramentum vires ei præbere poterit. c. accessorium. 42. de reg. iur. in 6. Proinde etiam nulli hic per iurium committitur, Donnell. lib. 2. 1. cõment. cap. 13. pag. 537. Tum postre mo, quia si quod vna via prohibiti est, alia via per mitti nõ debet. c. cũ quid vna. 84. de reg. iur. in 6.
 Non aduersatur textus l. cum pater. 77. §. filia matrem. 23. ff. de legat. 2. vbi si licet testamentum nullo iure factum sit; nihilominus tamen propter iurisurandi religionem fideicommissa præstanda veniunt. Ibi enim iuramentum enixam saltem iurantem voluntatem detegit: non vero eius potentiam auget.
 Similiter non obstat Auth. sacramenta puerum. C. si duertus vendition. vbi dicitur, sacramenta ista de contractu, siue conuentione, quæ iure valet. Plura, quæ huic opinioni refragari videntur, neruose diluit D. Bocer. loco præalleg. Et eadē de re videatur Menoch. d. lib. 3. præsumpt. 29. num. vlt. & Bernhardus Grenaus lib. 2. præct. obseru. concl. 38. Harpr. i. Quod firmetur iuramento. Addeatq; commun. esse vide etiam de hac communi in collect. mea commun. opi. verb. donatio. nu. 79. Et de donatione facta filiofamilias, quæ ab initio non valet, & quæ ad nutū patris reuocari potest, si sit morte confirmata, quod imputetur ei in legitimam, commune vide per Rol. conf. 12. num. 3. 1. vol. 2. vbi alios retulit. At non idem de donatione facta filio in potestate à patre commun. per Rol. ibid. nu. 29. nisi aliter sit dictum, commune per eund. ibid. num. 32. Et vbi confirmatur morte aduerse, quod sumit robur, prout extunc commune per eund. ibid. nu. 40. Et de omnib. istis comun. conclusionib. dixi, vbi sup. num. 89. cum multis seqq. *Giach.*

QVAESTIO IX. S V M M A R I A Ex Claro.

- 1 Donatio inter virum, & vxorem, an valeat.
- 2 Et quid in donatione causa mortis.
- 3 Et quid si appositum sit iuramentum.
- 4 Et quid si talis donatio sit simulata, vel presumpta.
- 5 Et quid si facta sit in cõpensatione senectutis, vel ignobilitatis.
- 6 Et an confirmetur morte donantis.
- 7 Et an eo casu reuocabatur ad tempus facta ipsius donationis.
- 8 Et quid si excedat summam quingentorum solidorum.

Ex Additionibus.

1 Cur donatio inter virum, & vxorem sit prohibita, multiple x

A D D I T I O N E S.

Nunquid donatio inter virum, & vxorem valeat. Donationem simplicem, siue propriam inter coniuges esse prohibitam constat ex toto tit. ff. & C. de donationib. inter vir. & vxor. Ratio huius prohibitionis est: ne mutuo amore se inuicē spoliarent coniuges: ne alter diuitior, alter pauperior fiat: ne concordia maritalis pretio conciliari videatur, l. 1. 2. & 3. ff. d. tit. Hartman. Pistoris lib. 1. q. 44. nu. 4. & seqq. Andr. Gail. lib. 2. obseru. 40. nu. 1. Petr. Nicol. Mozz. in tractat. de donationib. c. 3. nu. 20. & elegat. Quirinus Kubachius cent. 2. q. illustr. decur. vlt. q. 3. Enimvero si reciproca donationes, vt verbi gratia, bona prædefuncti coniugis sine liberis ad superstitem coniugem perueniant, no

QVAEST. IX.

1 **Q**uero, nunquid donatio inter virum, & vxorem valeat? Respon. quod regulariter non valet, l. 1. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Quod optima ratione introductum fuit, ne coniuges mutuo amore se spoliarent, vt dicitur ibid.
 2 Et hæc quidem conclusio locum habet, non solum in donatione inter viuos, sed etiam in donatione causa mortis. Nã & ipsa inter coniuges facta nihil valet. Ita dicit glo. in l. 2. in princ. in verb. Legatum ff. de dote præleg. quam dicit esse ab omnib. probatam Didac. in Rubr. de testam. in 3: par. nu. 2.
 3 Sed quid si in ipsa donatione appositum sit iuramentum, nunquid ex virtute ipsius iuramenti talis donatio confirmabitur? Respon. quod in hac questione varie fuerunt Scribentium opiniones. Nam Bart. in l. qui testamentum. ff. de pro-

- ratio, & num. 6.
- 2 Reciproca inter coniuges donationes consuetudine Germaniæ firmetur.
- 3 Ecquid donatio mortis causa inter coniuges sit prohibita.
- 4 Cuiusque legari, eidem & mortis causa donari potest.
- 5 An simplex inter coniuges donatio iuramento confirmetur.
- 6 Iuramentum contra bonos mores præstitum non est obligatorium.
- 7 Donatio a marito ignobili coniugi nobili, aut a marito senes coniugi iuencule facta, nunquid valeat.
- 8 Omnis donatio inter coniuges indistincte interdicitur.
- 9 An isthæc donatio morte donatoris confirmetur.
- 10 Confirmatio illa, quæ fit per mortem mariti, respectu domini non retrotrahitur ad tempus factæ donationis: sed tantum contemplatione fructuum preceptorum.

de mort. caus. donationib. vbi Marcianus I. C. donationem ita factam, vt nullo casu reuocetur, ideo inter virum, & vxorem non valere dicit, quod non sit donatio mortis causa, sed inter viuos. Vnde sine vilo negotio colligitur, donationem mortis causa inter virum, & vxorem subsistere. Accedit text. in l. penult. ff. d. tit. ex quo liquido apparet, donationem istam inter coniuges esse vlidam. Adde, quod si regulariter, cuiusque legari potest, idem & mortis causa donari possit: & nullo iure prohibitum sit, quin à coniuge coniugi legatum relinquatur, l. Marcellus 15. l. etsi debitor 17. l. illud generaliter 37. ff. de mort. caus. don. Et ita sentiunt Ant. Gomez. tom. 2. var. resolut. iur. cap. 4. nu. 18. vers. nono. Michael Graff. lib. 1. recept. sent. §. donatio causa mortis, quæst. 6. nu. 1. Schneidevvin. ins. 1. nu. 6. & d. §. 2. nu. 60. Instit. de donat. Vaud. lib. 1. q. 39. D. Bocer. d. comment. de donat. c. 5. n. 36. Thadeus Pifo lib. 4. var. resolut. c. 4. nu. 15. Berlichius par. 2. concl. 1. n. 30. Eandem rem fuisius tractauit in §. 1. Instit. de donat. numer. 58. & seqq. Harprecc.
 c Confirmabitur. Contrarium, quod scilicet nõ firmetur iuramento, tenet Bart. in l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ibi multæ, C. de donat. ante nupt. Vide Gabr. tib. 4. commu. opin. tit. de donat. conclus. 3. Gouean.
 d Huiusmodi donatio inter virum, & vxorem confirmetur iuramento. Quod si simplex inter coniuges donatio iuramenti religione confirmetur, ultra Clarum hoc loco nostrum, & Doct. per eum cumulat, tenent Michael Grassus d. §. donatio causa mortis. q. 6. num. 3. Gail. lib. 2. obser. 40. Mynfinger. cent. 2. obser. 33. num. 5. Ant. Gabr. lib. 3. commu. concl. tit. de donat. conclus. 3. Vasquius lib. 1. controuerf. illustr. cap. 38. num. 4. Io. Gutierrez in tract. de iurament. confirmator. cap. 3. num. 2. cum seqq. D. Bocer. clas. 2. disp. 19. th. 10. edit. 2. & dict. comment. de donat. cap. 3. num. 23. & nouissime Quirinus Kubachius dict. cent. 2. quæst. illustr. decur. ult. quæst. 4. Verum contraria sententia haud citra rationem defendi poterit. Siquidem si non est obligatorium contra bonos mores præ-